UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

præceptum cum clauſula & ſi ſenſerit ſe grauatũ,&c.
fuit nullum,& nullius momenti, ut ex forma ſtatuto
rũ cauetur,& de iure cõi per ſimplicẽ comparationẽ
dr̃ reuocatũ,& ad uiã iuris redactũ, uimq́ue ſimplicis
citationis hẽt ad no.in c.ex parte. de uerb.ſig.l.de pu
pillo.§.meminiſſe.ibiq; Alex.ff. de no.op.nun. Ang.
Aret.in §.curare.inſt.de act.& Pau.de Caſt.in cõſil. 5.
31 inci.in cã,q̃ uertit̃.Quinimmo† p̃ceptũ iudicis abſq;
cãæ cognitione,& parte nõ citata factũ, quale fuit in
caſu nr̃o primũ p̃ceptũ non meret̃ ẽt nomẽ ſnĩæ ĩter
locutoriæ,nec dr̃ interlocutoria, ut in rubro,& in ni
gro.C.cõmi.epiſ.& Bal.in add.ad Spe.in tit.de sẽten.
Præterea illud primũ p̃ceptũ fuit ſuſpẽsũ p iudicẽ ob
exceptionẽ p̃ſcriptionis ab ipſo Carolo oppoſitã, &
ſup tali exceptione dũtaxat cognitũ fuit,qua non ob
ſtante ſuſpẽſio reuocata fuit,& mãdatũ Carolo,ut de
beret libros exhibere,& huic ſcd̃o p̃cepto fuerũt op-
poſitæ plures exceptiões legitimæ, & p iudicẽ admiſ
ſæ,& ob illas fuit iudicatũ ad fauorem dicti Caroli,&
ↄñr illa p̃cepta fuerũt reuocata p ſnĩam diffinitiuã,p
ut ipſi iudici cõceſsũ eſt.d.l.qđ iuſſit,& in d. c.cũ ceſ-
ſante cũ mã.Nõ adsũt ergo in caſu nr̃o binæ cõfirma
tiones,ſed benè p pceſsũ ad ulteriora factũ ſup exce-
ptionibus per ipsũ Carolũ oppoſitis, & per ſnĩam dif
finitiuã ad eius fauorẽ latã apparet p̃ceptũ p̃dictũ fuiſ
ſe bis reuocatũ primo tacitè per pceſsũ ad ulteriora,
& ſcd̃o exp̃ſsè per ſnĩam diffinitiuã. ¶Non obſtat, ꝙ
quãdo à ſtatuto datũ eſt tp̃s ad appellãdũ à ſnĩa inter
locutoria,per lapsũ illius tẽporis ea trãſit in rẽ iudica
tã,& nõ põt reuocari per no. in cle. ſi.de appel. Quia
32 r̃ndet† uerũ eſſe, ꝙ quoad partẽ trãſit in rẽ iudicatam
adeò, ꝙ per iudicẽ nõ põt ad inſtãtiã partis appellan-
tis reuocari,ſed quoad ipsũ iudicẽ nõ tranſit in rẽ iu-
dicatã,qn ipſe ſemel,& bis poſſit reuocare,quãuis tẽ
pus à iure datũ ad appellãdũ fuerit elapsũ,ut eſt text.
clarus.in c.cõcertationi.de app.in 6.iũcto d.c.cũ ceſ-
ſante.cũ ibi no.& d. c.ſi à iudice,& hr̃ per Imo.in d.c.
cũ ceſſante.& s̃. dixi. ¶Non obſtat aliud, qđ ultimo
loco allegat̃ ad fauorẽ dicti Iacobi ↄ̃ ſnĩam latã ad fa
uorẽ Caroli,uidelicet ꝙ ſnĩa fuerit lata parte nõ legi
timè citata,& ↄñr ſnĩa fuerit nulla,iuribus uulgarib.
l.1.2.& per totũ.C.qũo.& quã.iud.cũ ſi.nã q̃uis nun-
cius primo retulerit ſe dictũ Iacobũ pſonaliter citaſ-
ſe,ut in actis notarij cõtinetur,tñ poſtea nuncius ipſe
primã relationẽ ſuã correxit, aſſerẽdo ſe nõ perſona
liter,ſed ſemel tñ ad domũ dictũ Iacobũ citaſſe. Et
33 †licet in dubio relationi publici nuncii iurati ſit ſtan
dũ,ut hr̃ per gl.in c.cũ parati.de appel.& in c.qñ ↄ̃.in
uer.citationes.de proba.per Spe.in tit.de cita.in §. 4.
& per Bal.in addi.ad Spec.in tit.de ſent. in 3.col.uer.
citatio dẽt eſſe legitima,cũ ſi.tñ qñ nuncius dicit, &
deponit ↄ̃ relationẽ ſuã,uõ credit̃ ſuæ relationi,cũ tã
quã ſibi ↄ̃rius nõ ſit audiẽdus.l.ubi repugnantia. ff.de
reg.iu.l.1.C.de furt.& faciũt no p Alex. in l.1.§.1.ĩ a-
poſtil.ad Bar.ff.de offi.p̃fec.ur.& not.in d.c.cũ parati.
p gl.Quia ad hoc r̃nderi põt & ſatis benè, ꝙ uerũ non
eſt, quòd nuncius publicus poſſit ſuam relationẽ re-
uocare in præiudicium partis, nam ex quo iurauit fi-
deliter exercere officium ſuum, & ſemel retulit ſe p-
ſonaliter citaſſe,ſtandum eſt ſuæ relationi ſecundum
no.in d.c.cum parati.nec per ſuum dictum poſtea de
bet poſſe ſuam reuocare relationem in præiudicium
partis,quamuis hoc poſſit ipſi nuncio nocere, ut pu-
niatur uel de falſo,uel aliter iuxta ea, quæ habentur p
Bar.& Alex.in l.qui nomine.ff.de fal.& per Bal.in l.2.
C.de ſportu.& ita in terminis tenet Bar.in cõſil.86.&
per ea,quæ in ſimili dicuntur de teſte in c.ſicut.per il
lum tex.& ibi Fel.in notab. de teſti. & plenius per eũ
poſt Ant.de But.in c.cum in tua.eod.tit.cum aliis ibi
alleg. & præſertim cum magis credẽdũ ſit actis nota-
rii,in quibus conſtat de relatione nuncii referentis ſe
perſonaliter citaſſe,quàm nuucio neganti,& ſibimet
contrarianti,ut per Imo.& alios in d.c.cum parati. &
in c.ad audientiam.de præſcr.& arg.d,l.1.C.de furtis,
34 & d.l.ubi repugnantia. Vel † poſito,ſed nõ conceſſo,
ſentẽtiam poſſe dici nullam ex defectu citationis nõ
ritè factæ,tamen illa per iudicem appellationis cõfir-
mari poteſt, ſi cognouerit illam eſſe confirmandam,
ut uoluit Bal.in addi.ad Spec.in ti.de ſent. in uer.ſi ap
pelletur à ſententia,& per Spec.in eod.ti.in §.iuxta.in
uer.ſed quid ſi à ſententia.& faciunt ea,quæ habentur
per Ange.Alex.Imo. & alios cõmuniter in l.ſi finita.
in prin.ff.de dam.infe.Ang.Aret.in §.quadrupli qua-
ſi circa finem inſtit.de act.& moder.in l.ſi pacto quo
pœnam.C.de pac.ubi tenuta,quę eſt nulla ex defectu
citationis,& ſic non ritè, ſed rectè data non debet re-
uocari,ſed confirmari.Et ex prædictis reſpõſio ad om
nia,quæ pro parte dicti Iacobi poſſent adduci,reſpon
ſum accommodari poteſt.Laus Deo.

S V M M Æ.

1 *Iuriſdictio unius loci inter plures illam habentes diuidi poteſt.*

2 *Maximè quoad eius exercitium ſaltem reſpectu temporis, ut alter nis annis unus tantum illam exerceat.*

Et commoda, ac emolumenta illius habeat, & nu. 5.

3 *Et diſcordes in diuiſione talis exercitij ad concordiam per ſuperiorem compelli poſſunt.*

4 *Iuriſdictionis exercitium quando eſt penes plures in ſolidum, locus eſt præuentioni, & is, qui præuenit, ſolus excluſis aliis cognoſcere, & emolumenta inde prouenientia habere poteſt.*

6 *Contractus legem etiam contra propriam naturam contractus ex conuentione partium accipiunt.*

7 *Illatio non fit ex diuerſis.*

8 *Diſpoſitio referens ſe ad aliã diſpoſitionẽ cenſetur facta cũ expreſſione omnium in diſpoſitione relata cõtentorũ, & expreſſorum.*

9 *Relatio ſemper cum omnibus ſuis qualitatibus facta dici debet.*

10 *Pedagia, & ius agendi uectigalia non ueniunt cum translatione iuriſdõnis, eiuſue exercitij, niſi de illis ſit ſpecialiter expreſſum.*

11 *Idem de pœnis, & mulctis, quæ ob fraudata uectigalia exigerentur, quæ debentur illi, cui uectigalium, & pedagiorum redditus ac emolumenta debentur.*

12 *Contrahentium mens ex ipſorum conſuetudine optimè colligitur, & interpretatur.*

13 *Iuriſdictionis exercitio translato in aliquem ad certum tẽpus cũ pacto, quòd omne lucrum, & commodum, quod durante dicto tempore hinc inde eueniet, ſit in ſolidum, & pleno iure illius, in quem fuit translatum, de quibus lucris, & commodis intelligatur, & an comprehendantur commiſſa, mulctæ, et pœnæ ratione uectigalis fraudati.*

14 *Verba generalia, & uniuerſalia non extenduntur ad ſpecialiter prouiſa.*

15 *Verba collectiua, ſeu uniuerſalia reſtringuntur ratione adiuncti, ad quod referuntur.*

16 *Iuriſdictionis ſimplicis contentioſæ exercitium in adminiſtrando iuſtitiam dicitur conceſſum per hęc uerba, ut habeat miniſtrare bonam, & ueram iuſtitiam unicuique petenti.*

Nec per hæc uerba data eſt poteſtas exigendi pedagia, & fraudãtes uectigalia condemnandi, & pœnas ab illis exigendi. nu. 20.

17 *Verbum petere ab homine prolatum ſignificat, ut ius dicẽs debeat iuriſdictionem exercere, ac iuſtitiam miniſtrare uia ordinaria, ac præcedente libello, liteq́; conteſtata.*

18 *Commiſſa ob fraudatum uectigal ipſo iure, & abſq; alia cognitione, & petitione applicantur fiſco, uel habenti ius uectigalis exigendi, nec ſententia diffinitiua, & condemnatoria requiritur, quãuis in reali exequutione ſententia declaratoria requiratur.*

19 *In pœnis, quæ ipſo iure infliguntur, exequutio fieri non poteſt, niſi ſequuta ſententia declaratoria.*

Et ad quid hæc ſententia declaratoria feratur.

21 *Diſpoſitio maximè in contractibus non conuenit illi, cui uerba diſpoſitionis non conueniunt.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

EPITOME.

IVRISDICTIONIS vnius, uel plurium locorũ
inter duos, pluresue communis exercitio alternis an-
nis diuiſo cum pacto de conſtituendo alternis annis
unũ ius dicẽtẽ, ſeu capitaneũ, qui bonam, ueramq; iu
ſtitiam unicuiq; illam petenti miniſtrare habeat, & ꝙ
omne lucrũ, & cõmodũ, quod eueniet hincinde du-
rante uno anno in dictis locis, ſit inſolidũ, & pleno iu
re capitanei illius anni, & ſir̃ altero anno ſequenti ſit
alterius capitanei cum omnibus emolumẽtis, lucris,
& cõmodis, non cõprehendi ſub hac diuiſione alter-
nis annis facta emolumẽta, & cõmoda uectigalium,
& pedagiorũ, ſiue pœnas, & mulctas fraudati uectiga
lis, ſed cõia, & cões inter ipſos remanere, & ſolum lu-
cra, & cõmoda ex ſimplicis iuriſdictionis contentio-
ſæ, uel uoluntarię cum cauſæ cognitione exercitio in
ꝯñtiã, & ſecũdario ꝓueniẽtia cõtineri, hic demõſtrat̃.

CONSILIVM XX.

CVM Magnifici do. Ioãnesantonius, & Tho
mas de Scarãpis arbitri à MM.DD. Alexã-
dro, & Ludouico ſir̃ de Scarampis electi
ſuper quadã lite, & cõtrouerſia inter illos
orta ſuper quodã cõmiſſo fraudati pedagii, ſeu uecti-
galis duo inſtr̃a tranſactionis, & cõcordiæ inter ipſos
nobiles de Scarampis celebrata, unum uidelicet in-
ter omnes de Scarãpis habentes quarteria ſuper loco
Curtis milij celebratum de anno 1501. ſub die 17. Au
guſti, & alterum inter præfatos DD. Alexãdrũ, & Lu-
douicum fratres celebratum de anno 1533. ſub die 6.
Auguſti mihi præſentauerint unà cum pũcto, ſeu the
mate quæſtionis, & dubii, ſuper quo conſulẽdum eſt,
nec non allegationes quampluriũ iureconſultorum,
qui numero octo ad fauorem d. Ludouici conſulue-
runt, & binas allegationes eximii d. Petri Cornetti ad
fauorẽ d. Alexandri editas cum quibuſdam aliis cedu
lis, & ſcriptis: ijdemq; arbitri ex poteſtate eis attribu-
ta eligendi unum doctorem partibus nõ ſuſpectum,
qui ſuper dicto dubio cõſulat, & quæſtionem de iure
terminet, me Auguſtinum elegerint, ac rogauerint,
ut dicta duo inſtrumenta, iuriſq; allegationes præfa-
tas uellem diligenter conſiderare, & prout de iure ue
rius mihi uidebitur, conſulere, ac dubium decidere,
idcirco non ſeruato ordine, quem aliàs in conſulẽdo
ſolitus ſum obſeruare, & paucis agẽdo, tum quia ſim-
pliciter de iure reſpõdere ſui requiſitus, tum quia nõ
poſſum in præſenti cauſa, niſi pauca addere, quæ non
fuerint à pręfatis eximijs conſultoribus cõſiderata, &
viſis dictis duobus inſtr̃is unà cum themate q̃õnis, &
allegationibus omnibus hincinde conſulentium, cõ-
cludo ad fauorem do. Ludouici, ipſum eſſe admitten
dum ad partem dicti cõmiſſi fraudati uectigalis, ſeu
pedagij, & ad aliam partem admittendum fore prædi
ctum do. Alexandrum: in quam ſñiam præcipuè me
adducunt aliqua ex deductis per excellẽtiſ. doctores,
qui ad fauorem domini Ludouici conſuluerũt, illud
tamen prius præſupponendo, q̃d omnibus liquet etiã
1 tõſoribus, & lippis, ꝙ † licet aliquod dubium ſit, utrũ
ipſa iuriſdictio poſſit inter plures illã habẽtes diuidi,
& fortè magis cõis opinio ſit eam diuidi poſſe, vt tra-
ditur per doc. poſt Bar. in l. ſi uni. ff. de re iud. in l. inter
tutores. ff. de admini. tut. & latius per canoniſtas in c.
prudentiam. in prin. de offi. deleg. per do. meum Soc.
in conſi. 165. & 278. uol. 2. poſt doc. in c. imperialem.
in §. præterea ducatus. de prohib. feu. alien. cum aliis
pluribus, quæ moder. & Decius abundè allegant in d.
2 c. prudentiam. tamen, † quoad exercitium iuriſdictio
nis omnes uidentur cõcordare, quòd inter plures do-
minos, ſeu hæredes iuriſdictionem cõem habẽtes iu-
riſdictio etiam unius caſtri, ſeu loci diuidi poſſit ſaltẽ
reſpectu tẽporis, uidelicet, ꝙ alternis annis unus tan-
tum iuriſdictionem exerceat, arg. l. ſeruitutes. in fi. cũ
3 ſeq. ff. de ſeruit. cum ſim. ibi allegatis. † Et ſi in tali di-
uiſione exercitii, & adminiſtrationis diſcordarẽt, poſ
ſent per ſuperiorem ad concordiam compelli, ut uo-
lunt Ang. & Alex. in l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig. & in
conſi. 25. col. 1. vol. 5. Abb. in c. fi. col. 1. de re iudi. Fel.
in c. quæ in eccleſiarum. in vlt. char. extra de conſtitu.
& Dec. in d. c. prudentiam. col. 6. cum enim exercitiũ,
& adminiſtratio iuriſdõnis ordinariè ſit penes quẽli-
bet, ſiue dominium, ſiue hæredem in ſolidum, ut uo-
lunt Bar. & alii magis communiter in d. l. ſi uni. & pro
bat tex. in c. fi. de re iudi. ſecundum quod illum indu-
cit Dec. in d. c. prudentiam. col. 4. & Alex. in d. l. ſi uni.
reſpondet cõtrarium tenentibus, ſequitur, quòd per
talem diuiſionẽ adminiſtrationis, ſeu exercitii iuriſdi
ctionis ad tempus factã, & diſtributam, nihil dicitur
accreſcere alicui, ſed ſolum tolli aliis facultatem iu-
riſdictionem exercendi, arg. d. l. ſeruitutes. in fin. cum
4 l. ſeq. Et † tunc quãdo exercitium iuriſdictionis eſt pe-
nes quemlibet in ſolidum, locus eſt præuentioni, &
præoccupationi, arg. l. 1. ff. de offi. conſul. Abb. Dec. &
alii in d. c. prudentiam. col. 5. Ex quo infertur, ꝙ ille, q
præuenit, ſolus, aliis excluſis, poterit cognoſcere, &
emolumenta, quæ illinc percipientur, erũt illius dun-
5 taxat, & non aliorum. Et ideò † quando facta fuit diui-
ſio exercitii iuriſdictionis ad tempus, ut ſupra, cũ alio
rum dicatur præuenta iuriſdictio, eiuſq; exercitium,
ſequitur, quòd interim durante tempore vnius, & il-
lius adminiſtratione, de iure communi emolumẽta,
& commoda exercitii iuriſdictionis erunt illius tan-
tum, qui pro illo tempore debet exercere, arg. d. l. ſer-
uitutes. in fi. cum l. ſeq. & non aliorum. Et ex his uide-
batur inferri, quòd in terminis noſtris pœnæ, & emo-
lumenta fraudati pedagij ſpectare deberẽt dumtaxat
ad do. Alexandrum, ad quem tunc adminiſtratio, &
exercitium iuriſdictionis pro illo tẽpore pertinebat.
Cęterum illatio huiuſmodi in caſu noſtro non proce
dit, primo quia aliter uidetur inter ipſas partes actũ,
6 & conuentum, ut ſtatim dicetur, & † cõtractus legem
accipiunt etiam contra propriam naturam cõtractus
ex conuentione partium. l. contractus. ff. de reg. iur. l.
pacta conuenta. cum ibi no. ff. de contrah. emp. & l. 1.
7 §. ſi conueniatur. ff. depoſiti. Secundo † quia fieret ex
diuerſis contra l. inter ſtipulantem. §. ſacram. uerſ. ſed
hæc diſſimilia. ff. de uerb. obl. & c. per uenerabilem. q
fil. ſint legi. cum ſi. ex trãslatione enim iuriſdictionis,
& illius emolumentorum non cenſetur facta transla
tio pedagiorum, & uectigalium, nec emolumentorũ
& mulctarum, ſeu pęnarum fraudati uectigalis, ut in-
fra ſtatim dicetur. ¶ His ſtantibns, cõcluſionem ut ſu
pra poſitam ad fauorem do. Ludouici confirmo pri-
mo ex iis, quæ inter ipſos fratres conuenta fuerunt in
contractu tranſactionis ultimo loco factæ, in qua ul-
tra quod dictum fuerit, quòd omne lucrum, & cõmo
dum ſit illius capitanei, qui pro tempore adminiſtra-
bit, ut ibi, & omne lucrum, & commodum &c. & ibi
cum omnibus emolumẽtis, commodis, & lucris, &c.
expreſsè etiam conuentum fuit, quòd ipſi duo fratres
inter ſe habeant etiam obſeruare, & attendere conuẽ
tiones Curtis milii aliàs inter illos de Scarãpis haben
tes quarteria factas in cõtractu tranſactionis celebra-
tæ de anno 1501. in quo conuentum fuit, quòd peda-
gia, & alia uectigalia ad ipſos ſpectantia in locis ſibi
ſubiectis, non obſtante tranſactione, & diuiſione, de-
beant inter ipſos eſſe, & remanere communia, & col-
ligi deberent per unum communiter electum ad ip-
8 ſorum communem utilitatem: † Hoc ergò capitulũ
poſitum in prima tranſactione, ad quam dicti fratres
in ſua tranſactione relationem habuerunt, dici, & cẽ-
ſeri debet expreſſum in dicto contractu tranſactionis

ultimo

ultimo loco factæ inter ipſos duos fratres, quatenus
non aduerſetur expreſsè poſitis, & cõuentis in dicta
tranſactione, nam oĩa dicta, & expreſſa in diſpoſitio
ne relata cenſentur expreſſa in diſpoſitione referen
te, & debent intelligi relata ſ̃m id, ad quod referun-
tur. c. ſunt plures de pœniten. diſt. 1. l. quidã. ff. de le-
gat. 2. c. cum beneficio. de p̄ben. in 6. bonus text. in l.
oẽs. C. de p̄ſcript. triginta anno. & in l. oẽs. C. de qua-
9 drien. præſcript. Et † relatio ſemper debet dici facta
cum oĩbus ſuis qualitatibus Bart. in l. 1. ff. de recepta
to. l. 1. in fin. ff. ſi famil. fur. feciſ. dica. l. ſi quis ſeruũ. §.
fi. ff. de leg. 2. & Dec. in conſi. 182. in fi. uer. cũ aliis ſi-
mil. in hac cauſa allegatis per do. Vincentiũ Ferra-
riũ, & do. Albertũ de Robertis. Et intelligendo, ꝙ il-
lud capitulũ cẽſeatur repetitũ, & expreſſum in dicto
ultimo trãſactionis ꝯ̃ctu, nulla propter hoc reſultat
ꝯ̃rietas, neque perplexitas, quia illud loquitur de pe-
dagiis, & uectigalibus, eorumq́; emolumentis, & cõ
ſequenter ẽt de pœnis, & mulctis, quæ ob fraudatũ
vectigal imponerent̃, qm̃, ut infra dicetur, de his oĩ-
bus pariter iudicatur, hoc autẽ, quod in ultimo tran
ſactionis inſtr̃o dicitur, ꝙ omne lucrũ, & cõmodũ,
&c. intelligitur de lucris, & cõmodis quomodocun
que prouenĩẽtibus ex exercitio, & adminiſtratione
iuriſdictionis annuæ, & tẽporalis, quæ ſunt penitus,
diuerſa. Illud ergo capitulũ poſitum in prima tranſa
ctione de pedagiis loquens ſeruandũ eſt inter ipſos
fratres in locis, ſuper quibus cõuenerunt, & trãſege-
runt, tanquã expreſsè cõprehenſum in dicta ultima
tranſactione inter præfatos dominos Alexandrum,
& Ludouicũ fratres facta per modũ relationis, ut di
ctũ fuit. Præmiſſa ſuadentur, nã inter dictos duos fra
tres cõuentũ fuit ſimpliciter de cõſtituendo, & creã
do alternis annis unum ius dicentẽ, ſeu caſtellanũ,
qui habeat miniſtrare bonã, & verã iuſtitiã unicuiq;
illam petenti, de pedagiis uero, & uectigalib. exigen
dis nihil fuit conuentũ, nec ſpecialiter in dicta ulti-
ma tranſactione expreſſum. Quo fit, ut nec de illis,
eorumq́; emolumentis dicatur conuentũ, ꝙ ea cen
ſeantur, & dicantur acq̃ſita, ſeu acquiri debeant alte
10 ri ipſorũ fratrũ alternis annis, nã † pedagia, & ius exi
gendi uectigalia tanquã regalia non tranſeunt cum
traslatione iuriſdictionis, ſeu illius exercitii, niſi de
illis ſpecialiter ſit exp̄ſsũ. c. j. q̃ ſint regalia, & ibi Iſer
nia, & mod. facitq́; id, qđ not. uoluit Bal. in l. à ꝓcura
tore. C. mãdati. qui bona uerba ad propoſitũ ponit.
Cõuenta igitur in dicta ultima tranſactione nõ de-
bent trahi ad ius exigendi pedagia, & uectigalia, ex
quo in illa de pedagiis nõ fuit ſpãliter exp̄ſſum. Et ſi
dici poſſit de illis exp̄ſſum, nõ põt dici ſpãliter, ſed
per modũ relationis, ut ſupra fuit dictum, exp̄ſſum.
Quæ exp̄ſſio potius infert, ꝙ pedagia, & uectigalia
dicantur ſemper remãſiſſe cõia, quam ꝙ alteri alter
11 nis annis acquirant̃, ut declaratum fuit & † id, qđ di
citur de pedagiis, eorumq́; emolumentis, idẽ dicen
dum eſt de mulctis, & pœnis, quæ ob fraudatũ uecti
gal exigerẽtur, nam de oĩbus pariter eſſe iudicandũ,
& illi, cui debentur redditus, & emolumẽta uectiga
lium, pedagiorũ, debẽtur ẽt pœnæ, & mulctæ frauda
ti uectigalis. l. ſi quis. ubi caſus, ibiq́; Bal. Saly. & alii.
C. de uectigal. Sal. in l. neq; eo. tit. & Bal. in l. 1. col. 3.
C. de fructib. & lit. expen. Vltimo in facto mihi p̄ſup
ponitur, ꝙ inter dictos duos fratres poſt tranſactio-
nẽ uectigalia, & pedagia fuerunt cõiter exacta, & in
12 ter eos uiriliter diuiſa, & rectè per p̄dicta; Vnde † cũ
ipſi fuerint ita tranſactionẽ, & in ea cõtenta interp̄-
tari, ſtandũ eſt huic interpretationi, & cõſuetudini,
& ex ea, qualis fuerit mens ipſorum tranſigentium,
colligitur per tex. cum ibi not. per gl. & docto. in l. ſi
ſeruus pluriũ. in fi. ff. de leg. 1. in l. numis. ff. de leg. 3.
l. ſi de interpretatione. & l. minime. ff. de legib. Deci.
in cõſ. 490. in conſi. 559. & in conſi. 664. & eſt bonus
text. in l. ſi publicanus. in fin. ff. de publica. ergo iuxta
conſuetudinẽ nõ ſolum redditus, & emolumẽta or-
dinaria uectigaliũ, & pedagiorũ, ſed ẽt pęnæ, & mul
ctæ fraudati uectigalis debent cõiter inter ipſos fra-
tres diuidi non obſtantibus illis uerbis oẽ lucrum, &
cõmodum &c. ¶ Et qm̃ tota uis p̄ſentis cõſultatio-
nis cõſiſtit in remouendo nõ nulla, q̃ prima facie in
fauorẽ domini Alexandri facere uidẽtur, idcirco ad
13 illa remouenda ueniens dico in primis † nõ aduerſa
ri cõcluſioni ad fauorẽ domini Ludouici poſitæ id,
quod habetur in dicto ꝯ̃ctu tranſactionis inter præ-
fatos dominos Alexandrũ, & Ludouicũ factæ, ꝙ oẽ
lucrũ, & cõmodum, ꝙ eueniet hinc inde durante di
cto anno in dictis locis ſit in ſolidum, & pleno iure
capitanei illius anni, & ſimiliter altero anno ſequẽ-
ti ſit alterius capitanei cum oĩbus emolumentis, lu
cris, & cõmodis &c. quæ uerba uniuerſalia, multũq́;
p̄gnantia, ac geminata uidentur abſq; dubio prima
facie cõprehendere ẽt commiſſa, mulctas, & pœnas
rõne fraudati uectigalis incurſas argumento eorũ,
quæ habentur per illum tex. in l. baliſta. ff. ad Treb. l.
Iulianus. ff. de leg. 3. c. niſi cum pridẽ. de electio. Bar.
in l. cum ſcimus. C. de agrico. & cenſi. lib. 11. iunctis
iis, quæ habentur per Bar. Alex. & alios in l. diuortio.
§. ſi uir. & in §. fi. ff. ſolu. matr. Quia reſpondetur, illa
uerba ſolum debere intelligi de lucris, & cõmodis,
quæ proueniũt ex exercitio ſimplicis iuriſdictionis
cõtentioſæ, uel uoluntariæ ſecundario, & in conſe-
quentiã in cognoſcendo cauſas iudicialiter, & in in
terponendo decreta, & auctoritatẽ in iis, in quibus
decretũ, & auctoritas ſuperioris requiritur cum cãæ
cognitione, & mulctas imponẽdo ꝑ modũ ſimpli-
cis iuriſdictionis iuxta tex cum ibi no. in l. 2. ff. de of
fic. proconſ. & in l. 1. & 2. & l. iubere cauere. ff. de iu-
riſ. om. iud. l. 2. ff. de offic. eius. cui mand. eſt iuriſd. &
c. præterea. de offi. delega. non autem debent intelli
gi de lucris, & cõmodis, quæ proueniunt ex pœnis
incurſis rõne fraudati uectigalis, qm̃ in ipſum capi-
taneum annũ non dr̃ ex ꝯ̃ctu tranſactionis traslatũ
ius exigendi pedagia, & uectigalia ad propriũ com-
modũ, & utilitatem, tum quia illud ius ex ſimplici
pacto, & traslatione iuriſdictionis nunquã cenſetur
eſſe translatũ, niſi ſpecialiter, & expreſsè dictum fue
rit, ut in d. c. j. quæ ſint regalia cum ſimil. ſupra alleg.
tum q̃a ſpecialiter circa ius exigendi uectigalia, &
pedagia, & conſequẽter ẽt circa ius exigendi pęnas,
mulctas, & cõmoda fraudati uectigalis, qđ ius cõpe-
tit habenti ius exigẽdi uectigalia per ſupradicta, ali-
ter in ſpecie reperitur prouiſum ex ꝯ̃ctu dictæ ulti-
mæ tranſactionis per modũ relationis factæ ad ꝯ̃ctũ
tranſactionis Curtiſmilli, ut ſupra declaratũ eſt, &
14 † uerba generalia, ac uniuerſalia nõ extenduntur ad
ea, quæ ſpecialiter ſunt prouiſa. l. doli clauſula. cum
ſimil. ibi no. ff. de uerb. ob. l. nã hoc iure. §. 1. & l. cum
ex filio. §. filio. ff. de vulg. & pup. & propterea ex his
ſequitur, ꝙ illa uerba uniuerſalia debẽt reſtringi ad
ea lucra, & cõmoda, quæ proueniunt ex adminiſtra
tione iuſtitiæ, & exercitio iuriſdõnis, quo ſolũ fuit
per trãſactione alternis annis translatũ, ſeu reſerua-
tũ, ut clarè innuũt illa uerba, qđ eueniet hinc inde,
hoc eſt ex adminiſtratione, & exercitio iuriſdõnis
15 reſeruatæ, de q̃bus proximè dictũ fuerat † argõ text.
cum gl. in princ. Inſtit. de iure natur. ibi hinc, hoc eſt
ab hoc iure naturali, de quo dictũ fuerat, & facit. l.
cunctos populos. C. de ſum. trin. & fide catholica. l.
oẽs populi. ff. de iuſt. & iure. cum ibi not. per Bart. &
alios. & in l. 1. §. nunciatio. ff. de noui operis nuncia
tio. ubi uerba illa colectiua, ſiue uniuerſalia oĩa, uel

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

omnes reſtringuntur rōne adiuncti, ad quod referun
tur. Suadentur ēt hęc pōderando illa uerba tranſactio
nis à die ſupraſcripto ponere ius dicentem, ſeu caſtel
lanum in quibuſcunq; locis, qui ius dicens habeat mi
niſtrare bonā, & ueram iuſtitiā unicuiq; illam petēti,
& omne lucrū, & cōmodū, qđ eueniet hinc inde &c.
16 nam† per illa uerba qui ius dicens habeat miniſtrare
bonam, & ueram iuſtitiam unicuiq; illam petenti ſo
lum vr̃ conceſſa, & reſeruata adminiſtratio cū exerci-
tio ſimplicis iuriſdictionis cōtentioſæ in adminiſtrā-
do iuſtitiam iuxta tex. ubi Iaſ. in d.l. iuſtitia. ff. de iuſti.
& iure. & in prin. Inſti. eo. tit. c. ex ore. de priuileg. & in
prin. prohęm. Gregor. Quod ſuadetur etiā ex illis uer
17 bis, & ueram iuſtitiam unicuique illā petenti, † ꝙ uer
bum petere prolatum ab homine ſignificat, ut ius di-
cens habeat exercere iuriſdictionem, & miniſtrare iu
ſtitiam uia ordinaria, & præcedente libello, liteq́; cō
teſtata. l. amplius non peti, & ibi Bar. ff. rem rat. habe.
Bal. in l. ſi quis. in prin in ult. col. uerſi. ulterius quæro.
18 C. de inoffi. teſt. Sed† illa, quæ in cōmiſſum ob frauda
tum uectigal cadunt, non applicantur fiſco, ſeu ius ue
ctigalis exigendi habenti uia ordinaria, & per uiā pe-
titionis, & ſententiæ condemnatoriæ, ſed ipſo iure, &
abſq; alia cognitione, & petitione l. cōmiſſa. ff. de pu-
plica. & c. cum ſm leges. de hæret. in 6. Et quāuis exe-
quutio realis, & facti fieri non poſſit abſq; ſnīa decla-
ratoria, ut in d.c. cum ſecundum. tn̄ ex hoc nō infer-
tur, ꝙ ſententia diffinitiua, & cōdemnatoria requira-
tur, quoniam illico à iure dr̃ abſque ſententia homi-
nis condemnatus, ut in dictis iuribus; † fertur enim
19 ſententia declaratoria non ut puniatur, ſiue ut cōdē-
netur, ſed ut declaretur ipſum iam fuiſſe condemna-
tum, & punitum, & qui declarat, non diſponit, nihil-
q́ue addit l. hæredes palàm. §. ſi quid. ff. de teſta. & hoc
eſt generale in omnibus pęnis, quæ ipſo iure infligun
tur, ut exequi nequeāt, niſi facta declaratione, hoc eſt
ſequuta ſententia declaratoria, non autem condēna-
toria, ut uolunt Arch. Io. And. & alii in c. 1. de homic.
in 6. & referunt, ac ſequuntur Alex. & moder. in l. ſi qs
maior. C. de tranſact. & habetur per canoniſtas in d.c.
20 cū ſecundum leges: ergo† illa uerba miniſtrare bonā,
& ueram iuſtitiam unicuique illā petenti, quæ impor
tant, ut ſit neceſſaria ſententia diffinitiua condemna
toria, uel abſolutoria, & interueniente actore, qui li-
bellum proponat, ut ſupra, & argu. eorum, quæ habē-
tur per do. Ant. Abb. & alios in c. cū dilectus. de ordi.
cogn. & per Pau. de Caſt. in l. fi. ff de iuſt. & iur. per Iaſ.
in l. iuſtitia. eod. tit. & per Bald. in c. cum ueniſſent. in
ult. col. de teſtibus. non poſſunt caſui noſtro conueni
re, ut ex eis capitaneus, ſeu ius dicens habeat poteſta-
tem exigendi pedagia, & cōmittentes, ac fraudantes
uectigalia condemnandi, & puniendi, mulctaſque, &
pęnas fraudati uectigalis in totum, ſeu in parte exigē-
di. ¶ Ex prædictis ēt poteſt rn̄deri illi, quod ſentio ad-
duci, ꝙ poſito, ꝙ inter p̄fatos fratres cōmiſſum frau-
dati uectigalis eſſet diuidendū, & cōicandum, tamen
prius detrahi deberet decima pars pro capitaneo, qui
pro tempore ius diceret, cum ante diuiſionem cōdē-
nationum inter ipſos dominos conſortes faciēdam
detrahi debeat decima pars de quibuſcunq; condem
nationibus, quæ aſſignari debet ipſi capitaneo, prout
hr̃ in inſtrumento primæ tranſactionis in uer. p̄dictus
uerò dominus &c. Quia & ſi illud uerū eſt quoad ea,
in quibus condēnationes requiruntur, & fiunt, & fer-
tur ſententia condemnatoria, ut uerba capituli clarè
inferunt, tamen hoc in cauſa fraudati uectigalis, de
qua nunc agitur, locū habere nō pōt, cū in ea nec cō-
dēnatio, nec ſententia condemnatoria requiratur, ut
21 ſupra dictū fuit, & † cui uerba diſpoſitionis, ſeu contra
ctus conueniunt, diſpoſitio quoq; non conuenit ma-
ximè in contractibus. l. ſi ſeruū. §. non dixit prætor. ff.
de acquir. hæred. Bal. in l. 1. col. 3. C. ſi quis omiſ. cauſ.
teſt. habetur in l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. l. quidqd
aſtringendæ. ff. de uerb. obl. & Archid. in c. ſi quis ſua
dente 17. q. 4. Poſſent ēt aliqua alia, ſed parū cōcludē
tia & multū à remotis cōſiderari ad fauorē do. Alexā
dri, & ꝯ ipſum do. Ludouicum, quibus ex prædictis,
ac ēt ex iis, quæ aduocati do. Ludouici ſcripſerunt, re
ſponſum clariſſimè pōt accommodari. Et ideò, reli-
quis omiſſis, uenio in hanc ſnīam, ꝙ omne cōmodū,
ꝙ emolumentū fraudati uectigalis, & pedagij ſit in-
ter ipſos ambos fratres cōe, & æqualiter diuidendum
nō detracta decima, nec aliqua alia pte. Et ita dico, de
claro, iudico, arbitror, & uerius eſſe cēſeo. Laus Deo.

S V M M Æ.

1 *Mandatum an ex enunciatione illius facta in inſtrumento iuncto curſu longiſſimi temporis probetur uſque ad num. 11.*
2 *Verba enunciatiua cum diuturnitate temporis probant maximè inter ipſos contrahentes.*
3 *Coram principe non præſumitur falſum prolatum.*
4 *Bal. in l. 2. C. ſi ex fal. inſtru. uolens, quòd ex diuturnitate temporis ēt longiſſimi mandatū nō præſumatur, declaratur, et n. 8. et 9.*
5 *Diuturnitas, & curſus temporis immemorialis inducit, & probat id, quod regulariter ex diuturnitate temporis induci non poteſt.*
6 *Regalia probantur conceſſa ex uſu tanti temporis, de cuius initio memoria in contrarium non extet.*
7 *Seruitutes cauſam diſcontinuam habentes quo tempore præſcribi poſſint.*
9 *Mandatum in iudicialibus nunquam etiam per mille annos præſumitur, ſecus in extraiudicialibus.*
Et quæ ſit ratio differentiæ.
10 *Mandati defectus in iudicialibus magis nocet, & uitiat, quàm in contractibus, & quare.*
11 *Mandatum difficilius præſumitur in iudicialibus, quàm in extraiudicialibus.*
12 *Propoſſeſſore in dubio præſumendum.*
13 *Clauſula generalis ſiue præcedens, ſiue ſequens non comprehendit ſpecialiter promiſa, quando si ad ea referretur, contingeret fieri contra ſpecificata.*
14 *Iuriſdictio reſpectu eiuſdem territorij eſt duplex.*
15 *Iuriſdictio actiua territorij alieni contra dominum illius uon præſcribitur, exercendo illam contra homines dicti territorij obedientes, quamuis aduerſus eos iuriſdictio paſſiua abſque tamen domini præiudicio præſcribatur.*

E P I T O M E.

Mandatum ad tranſigendū probari ex uerbis enunciatiuis illius in inſtrumento tranſactionis corā principe facta poſitis, iuncta diuturnitate temporis, de cuius initio memoria in contrarium non exiſtat.

Et iuriſdictionē actiuam alicuius territorii ꝯ dominum illius non poſſe præſcribi ex eo, ꝙ contra homines dicti territorii etiam obedientes, & ſubditos eius eſſe fatētes quis iuriſdictionem exerceat, hic probat.

C O N S I L I V M XXI.

SENTENTIA clariſſimorum doctorū collegii Piſani, & Florētini tanquā de iure ueriorē probo, ꝙ ad Illuſtriſſimū, & Excellentiſſimū Ducē Florentiæ pertineat iuriſdictio non ſolum caſtri Bargæ, ſed etiam totius territorii eiuſdem aliàs iam diu de anno 1457. cōitati Florentinæ, in cuius locum, & ius Dux ipſe ſucceſſit ex inſtrumento tranſactionis aſſignati, & de conſenſu partium terminati, nam dicta tranſactio inter hoīes dicti caſtri ex una, & inter hoīes Rochę pelagi ex altera ſuper cōfinib. in ita fuit per ſuos ſyndicos, & p̄curatores, ſcientibus, p̄ſentibus, acceptantib. ac ad inuicē
promit-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN